# Liber Secundus

## Ode.x.ad lycinium de mediocritate

felicius .i.pelague
h
R Ectius viues lycini neqꝫ altum
instanter petendo casus arduos ꝛ pericula.
Semper vrgendo: ne dū procellas
qui cupis esse cautus
Cautus horrescis nimium premendo
ppter vada ꝛ saxa nautis pꝛiculosum.
Littus iniquum
.i.felicem ꝛ pulcherrimam medium inter extrema
i
Auream quisqꝫ mediocritatem.
securus inquinati ꝛ polluti
k
Diligit tutus caret obsoleti
paupertate .i.sublimi ex q̄ inuidia oritur.
Sordibus tecti: caret inuidenda
temperatus regia
Sobrius aula
magna.
l
Sepius ventis agitatur ingens
Pinus: & celse grauiore casu
percutiunt
Decidunt turres: feriuntqꝫ summos
Fulgura mōtes
aduersis
m
Sperat in festis metuit secundis
fortunā bonam aut malam institutum
Alteram sortem bene preparatum
turpissimas tempestates. bonorū aūt ꝛ malorū vicissitudines ostendit
Pectus informes hyemes reducit
aer
Iupiter idem
abducit in futurū
n
Submouet non si male nunc & olim
quandoqꝫ
Sic erit: quondam cithara tacentem
Suscitat musam neqꝫ semper arcum
vt feriat
Tendit apollo:
in difficilibus plenus aīo. i. fortitudine
o
Rebus angustis animosus atqꝫ
obtempera.
p
Fortis appare: sapienter idem
supprimes pspero
Contrahes vento nimium secundo
inflata
Turgida vela:

h RECTIVS viues. Ordo est. o lycini rectius viues neqꝫ semper vrgendo altum. neqꝫ nimiū premendo littus iniquum. dū cautus horrescis procellas.

i AVREAM MEdiocritatem. Philosophus li. iiii. politicorū scribit. quod in omni ciuitate sunt tres species hominum. Diuites. pauperes. & mediocres. inter quos optimi sunt mediocres. quia medium semper est optimum.

k TVTVS. Philosophus idem li. iiii. politicorū scribit mediocres ciues magis saluari quoniam nec insidias patiuntur. nec fraudes faciunt. vt alii qua propter sine periculo viuunt. ibidē quoqꝫ ait. quanto magis aliquid accedit ad mediū tanto melius quanto magis distat a medio tanto peius. & li. ii. ethicorum ait. quod exuperatio & defectio bonum ipsum corrumpunt. mediocritas vero cōseruat.

l SEPIVS VEntis. Metaphora ab arboribus & ędificiis tanquā maiora & in alto posita periculis semper subiacere & casibus vt Iuuenalis numerosa parabat excelsę turris tabulata vnde altior esset casus. & impulse preceps immane ruine. Et alludit ad illud Ouidii. Summa petit liuor. perflant altissima venti. Summa petunt dextra fulmina missa iouis.

m SPERAT i festis. Ostēdit poeta oportere animum sapientis ita se habere vt in mediocritate se cōtinens. & rebus secundis aduersas & aduersis secundas euenire posse arbitretur. vt nihil illum incautū improuidumqꝫ opprimat. sed aduersus omnes suos ictus armatū fortuna inueniat.

n SVBMOVET. dat diuinitatis exempla. & primo per imitationes temporum per que sperare in aduersis semper fortes esse debeamus. quemadmodum enim Iupiter qui aer est non semper inducit hyemes. sed post illas infert mitia tempora. sic & appollo non semp̄ arcu ferit. sed illo posito demulcetur lyra.

o REBVS angu. Conclusio aurea. & ex intima veraqꝫ philosophia prompta. Nam foelices nunquam in vita erimus. nisi nature que paruis minimisqꝫ contenta est obtemperemus. Deinde res angustas & difficiles forti et inuicto animo perferamus. & secundis nullo pacto efferamur neqꝫ ītumescam⁹:

p SAPIENTER idem con. vē: dicit si vela turgent nimis secundo vento contrahe. ne nimis inflentur Carmen omnino dignum tanto poeta. in quo cum grauissima & ad mores emendandos aprime vtilia proferat. tamen suis methaphoris atqꝫ exemplis tristem grauitatē multa iocunditate exhilarat.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/horatius1498/0092
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg